



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Catena Temporum

Andrian, Carl

Herbipoli, 1698

Series VIII. Propagatio fidei & bella sacra

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65485)

188 *Propagatio Fidei & Bella Sacra*

S. Franciscus Xaverius Indiarum Apost. 1552. S. Thomas de Villanova Ep. 1555.

S. Ignatius de Loyola fundator Societatis Jesu 1556. S. Petrus de Alcantara 1562. B. Stanislaus Kostka 1568. S. Franciscus Borgia 1572. S. Ludovicus Bertrandus 1581. S. Terefia V. 1582. S. Carolus Borromæus Cardinal. 1584. B. Felix Capuccinus 1585. B. Aloysius Gonzaga 1590. S. Paschalis Baylon. 1592.

☉ *Sac. XVII. à 1600. ad 1698.* ☉

S. Turibius Ep. Limanus in Peruvia 1606. S. Maria Magdalena Paxia V. Carme. 1607. B. Andreas Avellinus Theatin. 1608. S. Rosa de S. Maria Tertij Ordinis S. Dominici, prima è novo terrarum orbe in album sanctorum relata 1617.

S. Franciscus Salesius Epist. Genevensis 1622.



SERIES OCTAVA

Propagatio Fidei & Bella
Sacra ab anno Christi 1. usque
ad 1698.

☉ *Saeculum I. a 1. ad 100.* ☉

Apostoli per orbem terrarum dispersi
fidem docuerunt. Petrus & Paulus
Romam.

Propagatio fidei & bella Sacra. 189

Romam. Jacobus Zebed. Hispaniam, uti traditur. Joannes Asiam minorem, Andreas Scythiam & Achajam. Philippus Asiam superiorem. Thomas Parthos & Indiam. Bartholomæus Armeniam Albaniam & ceteriorem Indiam. Matthæus & Matthias Æthiopiam. Simon Mesopotamiam & Persidem. Judas Thadæus Arabiam & Idumæam. Paulus Ethnicos varios. Joseph ab Arimathæa Britannos, ut fertur.

SS. Lazarus, Maximus Martialis, Crescentius, Saturninus, Trophimus, primi apud Gallos Christianæ fidei præcones.

☉ *Sæculum II. à 100. ad 200.* ☉

S. Barsimæus Ep. Edessæ & in Syra Christo plurimos lucratur.

Christianam fidem amplectuntur Rheti per Lucium & Emeritum, ibidem Martyres.

Nervij & Morini per S. Fulcianum & alios Anglia cum Lucio primo Regum omnium Christiano per Aristobulum Fugatum, & Damianum. Celtæ, sequani, Allobroges per S. Irenæum & alios Christianis adduntur Pantænus Philos. à Demetrio Alexand. ad Indos missus eos Christo adducit.

Donaldus Scot. R. à Victore I. R. P. Præcones fidei Christianæ petit & accipit.

☉ *Sæcul III. à 200. ad 300.* ☉

Gallia fere universa sub Severo fit Christiana. Ori-

190 *Propagatio fidei & Bella Sacra*

Origines in Arabiam ab Alexandrino Patriarcha missus eam cum Principe Christi imperio adjungit.

Sæculo nondum inclinante ad omnes fere cogniti orbis regiones Christianam Religionem jam pervenisse testantur. Tertullianus & alij.

Ex Barbarorum incursionibus, quæ populum Romanum exagitârunt, factum est, Deo bonum è malis eliciente, ut plures ex illis spectatâ Christianorum virtute eorum religionem amplectantur. *Baron.*

☉ *Sæcul. IV. à 400. ad 500.* ☉

Aurea Christi imago in Romano senatu erecta 312.

Frumentius Indis Orientalibus Christi fidem miraculis persuadet.

Magna Rom. Imperij pars cum Constantino Imperatore Christum Regem Regum adorat.

Longobardi sub Agelmundo R. Hunni per Theotymum Scytham. Bessæ Hæmi montis incolæ. Iberi cum Bacurio R. per Christianâ ancillâ Christi sacra suscipiunt.

☉ *Sæcul. V. à 400 ad 500.* ☉

Burgundiones cum R. Gundisilo à S. Domitiano Ep. Genevensi, Galli cum Clodovæo plenius, Scoti è S. Palladio iterum, Hiberni à S. Patritio ad fidem adducuntur
Ter-

Propagatio fidei & bella Sacra 191

Tervanus Pictos, S. Servanus Orchades in-
fulas Christo lucratur.

Perfæ cum Isdegerde Rege. Æthiopes
cum Abrahamo Rege, & Abba fratre, Sa-
raceni cum Alamundo ad fidem accedunt,
& Vindelici, Norici, Rugi per S. Severinum.

☉ *Sæcul. VI. à 500. ad 600.* ☉

Alamundurus Saracenorum Princeps
cum suis: Boii sive Bavari per Rupertum
Blemyes, agente Justiniano, Christo dant
manus.

S. Columbanus Pictos subijcit Christo.

Ss. Leander & Fulgentius Hispaniam
cum Recerodo Rege Catholicæ Religioni
restituunt.

Arium detestantur Longobardi cum Adul-
pho & Theodolinda RR.

Sardi Barbaricini auspiciis Magni Gre-
gorii, & Angli per S. Augustinum, ab eo-
dem missum Christianis aggregantur.

☉ *Sæcul. VII. à 600. ad 700.* ☉

Heraclius in Oriente, Sisebutus in Hi-
spania, Dagobertus in Francia Judæos
omnes baptizari jubent aut exulare.

Perfarum Regina cum marito suo Con-
stantinopoli baptismo lustratur.

Olopnemius è Judæa profectus Sinis
Christum annunciat 663. Kircherus ex ve-
rustis monumentis illius gentis.

Flan-

192 *Propagatio fidei & Bella Sacra*

Flandria per *S. Eligium*, Herbipolis & Francia Orientalis per *S. Kilianum*, Angli Orientales cum *Sigeberto Rege* per *S. Mellitum*, Germani, Batavi, Frifones, Saxones per *S. Suuibertum* & *Wilfranum* Christo nomen dare incipiunt.

☉☉ *Sac. VIII. à 700. ad 800.* ☉☉

S. Wiro Belgis, *S. Willibrordus* Frifis, aliisque in utraque Germania Evangelii lumen important.

S. Ludgerus Saxones, *S. Corbinianus* Alemannos ad Christum adducunt.

Avares cum Rege *Trudone* ad Christum adjuncti.

Brabanti per *S. Humbertum*, Thuringii Frifii, Hassi, alique Germaniæ populi per *S. Bonifacium* Christi religionem suscipiunt.

Religio in Oriente tollere oculos visa est, Irene sacra fovente, post obitum *Leonis IV. Porphyrogeniti*.

☉☉ *Sacul. VIII. à 800. ad 900.* ☉☉

Harioltus Danorum Rex, cum pluribus è suis baptifmo lustratur 826. & *Bogeris* Bulgarorum Princeps 845.

ſclavi Dalmatiæ incolæ cum ſueropilo *R.* ad Christum adjuncti.

Ss. Anſcharius & *Rembertus* Suecos, *S. Radbodus* Frifios Christo lucrantur.

Bafilus Macedo per egregiæ ſanctitatis *Episcopum Pruffos* ad Christum traducit.

Gode-

Propagationes fidei & bella Sacra. 193

Godefredus Nortmannus cum tota sua gente fit Christianus sub Carolo Graffo.

☉ *Saeculum X. à 900. ad 1000.* ☉

Heracitus Rex Danorum baptismo expiatus totum Regnum ad fidem pellicit.

Vandali sub Joanne XIII. Christū adorant.

Liberius Moschoviæ, Mieslaus Poloniæ,

Vildomirus Prussiæ, Zipitinæus Bohemiæ Duces cum suis Christo aggregantur.

In Dania & Norvegia fides penè extincta reviviscit.

Hungaria per S. Stephanum Regem, & Russia per S. Bonifacium plenius ad Christianam religionem adducuntur.

☉ *Sac: XI. à 1000. ad 1100.* ☉

S. Bruno Ruthenos ad viam salutis revocat.

Pomerania per S. Othonem Bambergensem Epif: in Christifidem concedit.

Reparatur apud Hungaros fides per Andream Regem.

Vindi, Sclavi & Saxones plenius & constantius Christo adhærent.

Sacra expeditio ab Urbano II. indicta 1096, in qua Gothofredo Bullionio Duce capta est Hierosolyma 1099.

☉ *Sacul. XII. à 1100. ad 1200.* ☉

S. Vicelinus Vandalos & Sclavos ad Christum convertit 1141.

R

Sulta-

194 *Propagationes fidei & bella Sacra*

Sultanus Iconij ab Alexandro III. fidei formulam petit & accipit.

Gothia cum suo Rege, & Pomerania plenius Christo adhærent.

Finlandia per S. Henricum Epis: & M. aggregatur Ecclesiæ.

S. Menardus Livoniam cum Gobba Rege ad Christum adducit.

☉ *Sac: XIII. à 1200. ad 1300.* ☉

Dominicani & Franciscani barbaras Tartarorum mentes mitigare satagunt.

Bella Sacra varia per S. Ludovicum Gallia Regem & alios.

Judæorum ex Gallia expulsio primum 1253. tum 1295.

Prussi & Jazyges Christo subijciuntur
Dominicani in Armenia uberes ex verbi divini semente fructus efferunt.

Nicolaus Sabellus Ep. Albanensis, postea Honorius IV. Norvegiæ Apostolus.

B. Odericus & Socij è familia S. Francisci Cataij & Thebeti regnis primi Christum annunciant.

☉ *Sæcul. XIV. à 1300. ad 1400.* ☉

Bosnia cum Principe Stephano ad fidem adducitur.

Benedictus XII. missis divini verbi præconibus rem Christianam inter Tartaros promovet.

Guma

Propagatione fidei & bella Sacra. 195

Gumani, Betzenenses, Lipnenses, Patrini & vicini adnitente Ludovico Hungaro ad Christum perducuntur.

Jagello Lithuaniae Princeps Christianis sacris initiatus, dictusque Vindislaus Lithuaniae & Samogitiam subiecit Christo.

☉ *Sacul. XV. à 1400. ad 1500.* ☉

Res Christiana in Epiro reflorescit, muni-
ente Castrioto.

Callistus III. & Pius II. Turcis bellum il-
laturi, nihil nec divinæ, nec humanæ opis
prætermittunt.

S. Didacus Complutensis Evangelium
apud Conarienses propagat.

Guinenses, Angolani, Congenses in Afri-
ca. Christiana Sacra complectuntur.

Familiarum Judaicarum 24. millia ex His-
pania pulsa.

☉ *Sac. XVI. à 1500. ad 1600.* ☉

Orientalis & Occidentalis India, ac Ma-
nicongo in Africa per variorum Ordinum
Religiosos Christi fidem suscipiunt.

Japoniæ & sex aliis Regionibus per S.
Franciscum Xaverium lux Evangelica af-
fulget.

S. Ludovici Bertrandi eximia Charitas
in lucrandis Christo Americae populis eni-
tescit.

Bellum contra Turcas feliciter gestum à
fœderatis Christianis, B. Pio V. impellente.

R 2

Pene-

196 *Propagationes fidei & bella Sacra*

Penetrat Christi fides ad Sinas per PP. Societatis Jesu 1582. Stabilitur à P. Matthæo Riccio Maceratensi 1583.

☉ *Sæc. XVII à 1600. ad 1698.* ☉

Augustiniani & Carmelitæ in Perside, Capuccini, & Jesuitæ in nova Francia, Evangelium propagant.

PP. Theatini apud Georgianos fidem Christianam amplificant, ab an. 1928. Dominicani egregiam operam in Sinis Christo conciliandis navant.

Jesuitæ in Asia Thibeti & Laorum regnis Christum annunciant.

Ferdinandus II. & Maximilianus Bavarus in Germania, Ludovicus XIII. & XIV. in Gallia Catholicam fidem restitunt.

Marianis Insulis à PP. Societatis Jesu Christi fides infertur.



SERIES NONA

Ritus Sacri inducti vel antiquati
ab anno Christi 1. ad 1698.

☉ *Sæculum I. à 1 ab 100.* ☉

Christiani nomen Antiochiæ natum;
Institutio diei Dominicæ, & Festorū
Nativitatis Christi, Epiphaniæ Resurre-
ctionis, Ascensionis, Pentecostes.

Jeju-